



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 32. Alexander V Papa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

& dum Tarraconensis Archiepiscopus Sæcul. XV. A. C. 1409.
 Papæ Benedicti XIII Nuncium se dicebat,
 exorto ingenti fremitu vocabatur nuncius
 schismatici, ac hæretici. Idem accidit
 Joanni Costio antea Episcopo Mimatensi, &
 tunc uni e Nunciis. Volebant iterum lo-
 qui: & admissio eis promissa fuerat in po-
 sterum sabbatum: at comparere non ausi
 amplius insalutatis Præsalibus reliquere
 Pisas.

§. XXXII.

Alexander V Papa.

Eodem die sabbati 15 Junii sub vespe-
 rum conclave intrarunt Cardinales vi-
 ginti quatuor Archiepiscopi Pisani hospi-
 tes. Magno Rhodiorum Magistro com-
 missa est custodia conclavis: ubi decem
 diebus integris illi hærebant usque ad
 diem Mercurii 26 Junii, qua in Papam ele-
 gerunt Cardinalem Mediolanensem Pe-
 trum Cretensem patria, qui nominari vo-
 luit Alexander V.

Natione Græcus, cognomine Philar- Th. Niem.
 gus in Creta tum Venetis obnoxia tam Hist. l. 3. c. 54.
 inopes parentes habuit, ut non memine-
 rit eos sibi fuisse cognitos: sed cum pue-
 rulus stipem posceret, de pulvere suble-
 vatum quidam Italus ex Ordine Minorum
 linguam Latinam docuit. Paulo adultio-
 rem veste religiosa induit, ad Fratres ad-
 scripsit suos, & quod egregia præditum
 indole

Sæcul. XV. indole videret, secum in Italiam duxit:
A. C. 1409. ubi amoenioribus litteris imbutus in Angliam ad Universitatem Oxoniensem missus est. Plures per annos ibi prospero successu eruditus Parisios venit, Philosophiæque, ac Theologiæ inibi tamdiu dedit operam, donec magnus evaderet Doctor,

Reversus in Italiam, & Joanni Galeatio Pro-Comiti Mediolanensium Duci cognitus, anno 1386 in ejus gratiam factus Episcopus Placentinus, post biennium Vincentiam, tum Novariam, denique an. 1402 Mediolanum translatus ab Innocentio VII anno 1405 appellatus est Cardinalis Presbyter de duodecim Apostolis. Papa renunciatus archiepiscopatum Mediolanensem contulit Francisco Creppio sui Ordinis Religioso, ac Ministri Generalis Vicario: quem vero ejus possessionem capere nunquam sinebat Joannes Procomes. Papa Alexander septuaginta circiter annos habebat, quando fuit electus: erat comis, ac liberalis, cibosque lautos cum vino generoso haud parum amabat.

Ughel. to. 12. p. 256. to. 4. p. 362.

§. XXXIII.

Sessiones decima octava, & decima nona.

Die lunæ 1 Julii Concilio in sessione decima octava præsidebat ut Pontifex
 Maxi-